Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift

214

hi qui in inferno sunt ad beatae sortem transire cupiunt dubium non est. qui uero iam inbeatudinis sorte susceptu sunt quo pacto dicitur quia non possunt transire reprobi ad electos cupiunt. id est asuplicia sua afflictione migrare. ita ad afflictos atq; in tormentis positos transire non possunt. quia iustae animae quae in uis insuae naturae bonitate misericordiam habeant. iam tunc auctoris sui iustitiae conuincere tanta rectitudine constringuntur. ut nulla ad reprobos conpassione moueantur. Si post quam ardenti diuitis de se spes tollitur eius animus ad propinquos quos reliquerat recurrit. quia reprobae mae pena sua quodq; inutiliter erudit ad caritate. ut iam tunc etiam suos spiritaliter diligant. qui hic diu peccata diligerent nec se amabant. Vnde nunc sequitur. Et tamen rogo te pater ut mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinq; fres ut testetur illis ne et ipsi ueniant in locum hunc tormentorum. Qua inre notandum est ardentis diuitis quanta ad supplicium cumulantur. Ad penam namq; suam ei et cognitio seruatur et memoria. Cognoscit enim et lazarum quem despexit. fratrum quoq; suorum meminit quos reliquit. Perfecta quippe ultio de paupe non esset. si hunc in retributione non cognosceret. et perfecta pena in igne non esset si non hoc qd ipse patitur etiam suos timeret. Vt quos peccatores puniantur amplius in supplicio. et ecce uident gtam quos contempserunt. et de illorum etiam pena torquentur quos inutiliter amauerunt. Credendum uero est qd ante retributionem extremi iudicii iusti in requie quosdam iustos conspiciunt. ut eos uidentes in gaudio non solum de suo supplicio sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti uero in tormentis semper mittentur iustos. ut hinc eorum gaudium crescat quia malum esse conspiciunt qd mia di euaserunt. tantoq; maiores erepto ori suo grias referant quanto uident in alius quid ipsi propter si essent neglecti potuerunt. quia qui creatoris sui claritate uident. nichil in creatura agitur qd uidere non possint. Et tamen illi abraham. Habent moysen et prophas. audiant illos. Sed qui uerba di despexerat. hec audire non posse suos sequaces existimat. Vnde et respondit diues. Non pater abraham. sed siquis ex mortuis iuerit ad eos penitentiam agent. Cui mox ueraci sententia dr. Si moysen et prophas non audiunt. neq; siquis ex mortuis surrexerit credent. quia nimirum qui uerba legis despiciunt redemptoris precepta qui ex mortuis surrexit quanto subtiliora sunt tanto hec difficilius implebunt. Et mirum constat quia eius implere dicta renuunt. ei procul dubio credere recusant. Quae uero iuxta allegoriam diues iste quinduebatur purpura et bysso et epulabatur eo die splendide nisi iudaicum pplm significat. qui cultu uiae exterius habuit. qui accepte legis dicens ad interiorem usus est non ad iustitiae. Quid autem lazarus ulceribus plenus. nisi gentile pplm figuraliter exprimit. Qui diu conuersus ad dm peccata sua confiteri erubuit. huic uulnus mente fuit. Sciens quippe

ad eos qui in inferno cruciantur uolunt. S; sicut iustorum est mente ire p misericordiam eos; uelle liberare. S; qui uolunt de beatorum sede ad afflictos atq; in tormentis positos transire